



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvací, 1625

Prologvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-45790)

V.S.
natura
potest.
per do.

t vias,
uoio.
te exi.
ndit
e sunt.
& ha.
outti.

d non
e, noli
lo du
cius &
odest,
es non
varij

mplici
re non
Deus;
plici-
ensum
Ratio
on po-

t, non
racel-
ssimo
teque
acc et
Dci,
ianec

S O L I L O Q V I V M

443

A N I M A E.

P R O L O G V S.

1. C on solationis gratia, aliquas sententias deuotas in unum coaceuaui libellum, quem meo pectori charius committere volui; & quasi quoddam deletabile pratum, varijs arboribus consitū, pulchrisq; venustum floribus habere disposui; Vbi ad legēdum speculandum que optabiles materias tempore necessitudinis, pro fouendis animis tædio vel incertore obiectis, quandoque introirem. Ut autem lucidè & promptè inuenirem, ubi qua arbore requiescerem; vel quis ad legendum flos gratior esset, singula capitulorum loca rubricatis titulis præfulgere feci. Vario etiam sermonum genere, nunc loquens, nunc disputās, nunc orans, nunc colloquens; nunc in propria persona, nūc in peregrina; placido stylo textum præsentem circumflexi.

2. Rogo ergo, nemo legentium indignans moueatur super scribentis manum, quia sibi taliter confabulari placuit. Ignoscat quoque incompositi & facilitati di&taminis, pensans quod Deo non artificiosa, sed simplicia & pura magis redolent. Quod si forrē vspīā sensus aut minus integer aut minus clarus apparuerit, super his pium flagito correctorem; denuncians ei si quid ineptum inuenierit, ex inaduententia potius quam ex proposito, id mihi proruisse. Adhuc, quia humana iudicia (quamvis probabilia) falli possunt; ad te omnipotēs Deus & Pater lumen, supplex discipulus recurro, & istud soliloquiū tibi repræsento; ut tu digna approbes, vitiosa improbes; mihique vel alteri fidelis seruo rectius serenanda, quæ displicant, insinues.

3. Precor itemque Pater sancte, largire mihi exiguo mancipio tuo, tempus & horam commorandi in vber-

rimis

Oratio
pro impe-
tranda a-
nimis tri-
quillitate
ad capien-
das scrip-
turas.

rimis pascuis scripturarum, quæ meæ charissimæ deliciæ sunt, & erunt; donec dies æternitatis illucescat, & umbra mortalitatis inclinetur. Subtrahe proinde curas inutiles, amores temporales, passiones noxias, aliasq; causas ab otio concupito me retardantes. Oportet enim liberum esse animum & tranquillum, de intimis & diuinis meditari cupientē. Ideo, ut talem consequi merear, benedictione cœlestis dulcedinis tuæ me imbuere digneris & infundere; ut tibi ad gloriam, mihi quoque ad qualemcumque loquacis consolationis gratiam.

CAPITA HVIVS LIBRI.

D E desiderio anima querentis Deum,	Cap. I.
De districto Dei iudicio.	II.
De dolore & fletu peccatorum.	III.
De lamentatione temporis & negligentie.	IV.
De breuitate & miseria presentis vita.	V.
De anhelatione eterna vita.	VI.
De operatione bona mortis.	VII.
De mortuo mundo, cuius vita est in Christo.	VIII.
De elongatione à creaturis.	IX.
De contemptu omnium consolationum terrenarum.	X.
De magna dulcedine & consolatione in Deo.	XI.
De unico & summo bono querendo.	XII.
De unione anima cum Deo, & subtractione gratia.	XIII.
De tristitia anima, absente dilecti gratia.	XIV.
De scrutinio super dilecto, & donis gratiae eius.	XV.
De benigna protectione dilecti, & sufferentia anima.	XVI.
De responsione dilecti, qua sit ratio recessus sui.	XVII.
De fiducia divina miserationis.	XVIII.
De desiderio divina fruitionis.	XIX.
De gemitu anima ex dilatione gloria.	XX.
De memoria cœlestis patriæ.	XXI.
De accessu ad sanctum sanctorum Iesum Christum, regem Angelorum.	XXII.
De processu ad salutandum Virginem gloriosam.	XXIII.
De consolatione pietatis matris Virginis Mariae.	XXIV.
De reddendis gratijs, pro acceptis beneficijs.	XXV.

CAPUT

